Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



DANIEL

Dominum deum meum adoro
quia ipse est uiuens deus sed iste
non est uiuens deus. Tu autem
rex da michi potestatem ut inter
ficiam draconem istum absque sla
dio et fuste. Et ait rex do tibi. Tu
lit ergo daniel picem et adipem
et pilos et coxit pariter fecitque of
fas et dedit in os draconis et dir
uptus est draco. Et dixit daniel ecce
quem colebatis. Quod cum
audissent babilonii indignati ue
hementer et consternati sunt
aduersus regem et dixerunt. Iu
deus factus est rex. Bel destruxit
draconem interfecit et sacerdotes
occidit. Et dixerunt eum uellet
ad regem. Trade nobis danielem
qui bel destruxit et draconem in
fecit aliquin interficiemus te
et domum tuam. Vidit ergo rex
quod irruerent in eum uehemen
ter et necessitate compulsus tradi
dit eis danielem qui miserunt
eum in lacum leonum et erat ibi
per diebus. Porro in lacu erant
septem leones et dabantur eis cot
idie duo corpora et duae oues et
tunc no data sunt eis ut devora
rent danielem. Erat autem abacuc
propheta in iudea et ipse coquebat
pulmentum et intriuerat panes
in alueolo et ibat in campum ut
ferret messoribus. Dixit autem an
gelus domini ad abacuc fer pran
dium quod habes in babilonem
daniel qui est in lacu leonum. Et
dixit abacuc. Domine babylo
nem non noui et lacum nescio. Et
apprehendit eum angelus domini
in uertice eius et portauit eum ca
pillo capitis sui posuitque eum in
babilone super lacum in impetu spi
ritus sancti. Et clamauit abacuc
dicens. Daniel serue dei colle pan
dium quod misit tibi deus. Et ait
daniel. Recordatus es mei domine
deus et non deseruisti diligentes te
Surgens quoque daniel et comedit.
Porro angelus domini restituit
abacuc confestim in loco suo. Venit
ergo rex die septimo ut lugeret dan
elem et uenit ad lacum et introspexit
Et ecce daniel sedens in medio le
onum. Et exclamauit rex voce
magna dicens. Magnus es domi
ne deus danielis et extraxit eum
de lacu. Porro illos qui propter eum
causa fuerant intromissi in lacu
devorati sunt in momento coram
eo. Tunc rex ait. Timeant hominis
filios mirabilia dei danielis quia
ipse est liberator et saluator faciens
signa et mirabilia in celo et in terra
qui liberauit danielem de lacu le
onum. Amen. Explicit Daniel

Incipit prologus xii
prophetarum

Iste ordo xii prophetarum
apud hebreos quia et apud nos. Unde
secundum id quod legitur hic quoque dispo
nitur sunt. Osee comatiticus est et asi
per sententias loquens. Iohel in
principio planus in fine obscurior.

Explicit daniel. Incipit prologus xii prophetarum.